

sidebat. De his exemplaribus, quae nunc in bibliotheca Leidensi sunt, et de similibus aliis libris quibus doctorum hominum coniecturae adscriptae sunt, dixerunt Butlerus t. VIII. p. XXIX. seqq. Blomfieldius quum alibi, tum in praefatione ad Choephoros et in Museo critico t. II. p. 488. seqq. Georgius Burgesius adn. ad Supplices p. 44. seqq. Linwoodius in praefatione ad Eumenides. Scaligeri coniecturas etiam a Valckenario exemplari Stephaniano adscriptas Hermannus possidebat.

Ioannem Auratum Hermannus multis eorum qui Aeschyli tragoedias emendare studuerunt praeferre solebat: ipse Godofredus Hermannus quanta ingenii excellentia plerisque praestiterit praeclarum haec duo volumina dabunt documentum. Singularem volumine scholia Graeca et aucta et ut genera eorum postulant disposita complectar.

Scripsi Lipsiae mense Maio anni MDCCCLII.